ספר טוב טעם

Opus de Proſodia

HEBRAEORVM IN QVATVOR libros diuiſum. Quorum primus accentuum inuentionem, finitionem, diuiſionemq́ue continet & eorum catalogum. Secundus grammatici & muſici locum ac ſitum, variasq́; proprietates indicat. Tertius verò Rhetorici accentus officium & naturam comprehendit. Quartus porrò & vltimus, naturalis accentus, locum in qualibet dictione demonſtrat.

Collegio de la Compañia de Jesus de Salamanca y de la Libreria

AVTORE IOHANNE Vallenſi Hieronymiano.

PARISIIS,

Apud Iacobum Bogardum ſub inſigni D. Chriſtophori, è regione gymnaſij Cameracenſium.

1545.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

PETRI FERDINANDI QVINO-nij ad candidum lectorem ἐπίγραμμα.

Mos eſt nunc libros grandi laudare poëſi
  Viuere quos nollet docta Minerua tamen:
Quoſque ſciunt nullo victuros tempore, verſu
  Commendant, Scombros, & quia thura timent.
Carmine non igitur doctum laudabo volumen,
  Namque illud laudat docta Minerua ſatis:
Sed tantum oſtendam quos hinc decerpere fructus
  Poßis: vt hæc cupida tu quoque mente legas.
Hinc ergo Hebræos poteris perdiſcere cantus,
  Vox & quo accentu quæque notanda tibi.
Quosq́ue vocant reges cognoſces, quosq́ue miniſtros,
  Et quod quis præſtat regibus obſequium.
Queis ſine non potes Hebræorum nomina noſſe,
  Et neſcis quo rem nomine quamque voces,
Corrumpis rerum voces, & ſcribere neſcis,
  His ſine priſcorum nec monumenta ſcies.
Hæc te Vallenſis docet, hæc tu perlege lector
  Si cupis Hebræi noſcere quicquid habent.
Quicquid habent noſces ſi non ſit liuida lingua.
  A doctis rabidus liuor abeſſe ſolet.

Βίβλος γενέ-
σεως Ἰησοῦ
Χριστοῦ υἱοῦ Δα-
βίδ, υἱοῦ Ἀβρα-
άμ.

Liber ge-
nerationis
Ieſu Chriſti
filij Dauid,
filij abrahã.

In princi-
pio crea-
uit Deus
cœlum &
terram.

בְּרֵאשִׁית
בָּרָא אֱלֹהִים
אֵת הַשָּׁמַיִם
וְאֵת הָאָרֶץ׃

In Eſdram. Etiã ſi qui varias editiones habuerit, & tñ Hebręi ſermonis ignari ſint: magis errabunt, ignorantes, quis e multis verius dixerit: quod etiã ſapientiſſimo cuidã nup apud Græcos accidit vt inter dũ ſcripturę ſenſum relinquẽs, vni⁹ cuiuſlibet interpres ſequeretur errorem.

In.22.cap.Iere. Illa verba non cõedent & non bibent, ita ſunt confuſa vt abſq; Hebraicæ lectionis nullã intelligẽtiam habent. Pudet me (inquit) cõtentionis noſtrorum, qui Hebraicã arguunt veritatem.

In præf.li.Re. Interrogandos Hebræos cenſet, vbi loca aliqua aut controuerſiã habuerint, aut in ſe diſcreparint.

Apoſtolici viri ſcripturis vtunt Hebraicis. Ipſos apoſtolos & euãgeliſtas hoc feciſſe perſpicuũ eſt. Dominus atq; ſaluator vbicũque veteris ſcripturæ meminit de Hebraicis libris ponit exempla.



Pie doctor Hieronyme, tuorum memor operũ, ſis a corã ſummo iudice, pro toto cœtu proximorum.

QVO TEMPORE ET A QVIbus inuenti ſint accentus, ac obiter de punctis. Cap. I.

ANTEQVAM ad ſequentia progrediamur, nonnulla nobis de inuentione accẽtuum dicenda cenſuimus: id ſiquidẽ ad huius inſtituti rationem pertinêre cõſtat. Sunt igitur paulò ante inuenta puncta, deinde accentus: quemadmodum ſcribit Rabbi Cuzar li. primi oratione 3. cui tamen repugnare videtur Elias Sectione 2. vbi opinatur eodem tempore ambo literis adhibita fuiſſe, quod ſic accipiendum reor, vt non magno poſt interuallo alterius inuentio, alteri ſubſecuta ſit. Atque horũ quidem autores fuerunt iidem, qui & Maſoreth, viri Tiberitæ, ſiue Tabereni, ex Mœſia, quæ eſt in Paphlagonia, peritiſsimi præ cæteris, vt quorum ſententiam, ſi credimus Rabbi Abraham Ezra inſtar Lydij lapidis habere oporteat. Lectitabant verò ante id tempus nullis, neque accentuum, neque punctorum apiculis, ſed ſola cabala, vt vocant, adiuti Hebræi, dum alij aliorum ab ore penderent, & quod quiſque à maioribus viua voce exceperat, eadem quoque poſteris fideliter refunderet. Quod neutiquam perdifficile iis fuit, quibus & quotidianus linguæ vſus, & docentis prælectio, & legẽdi exercitatio, dicendi: & memoriæ tradendi, facultatem adferrent

Elias in Maſoreth ſectio. 2.

Autores punctorũ et accẽtuũ iidẽ qui et maſoreth

רביע —

מונח
דרגא מונח
מונח דרגא מונח

סגול —

מונח
מונח מונח

פשטא

מהפך
מירכא
מירכא או מהפך } מונח
מהפך או מירכא } קדמא
תרסא מונח מירכא
מהפך או מירכא } מונח תרסא קדמא

id eſt, munak, tarſa, kadma, deinde mahpak vel merca peſuta.

פסיק —

מהפך
דרגא
מירכא
מונח

לגרמיהו —

מונח
מירכא מירכא מונח

גרש —

קדמא
מונח
תרסא קדמא
קדמא מונח
מונח תרסא קדמא

Sequuntur Regum ac miniſtrorum toni.

נגינות מלכים



נגינות משרתים